





VIRO  
 NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
 DOMINO  
**JOH. GOTTLIEB  
 ROSIO,**

MITTWEIDA - MISNICO,  
*SS. THEOLOGIÆ CULTORI,*  
 HONORES  
 MAGISTRI PHILOSOPHIÆ

DIE XII. FEBRUARII M DCC XXII.  
 EX MERITO  
 AB AMPLISSIMO SAPIENTUM ORDINE  
 COLLATOS  
 GRATULANTUR

**PATRONI, PRÆCEPTORES,  
 FAUTORES ATQUE AMICI.**

LIPSIÆ,  
 LITERIS IMMANUELIS TITII.





E pigeat nunquam coluisse fideliter artes,  
Quas TIBI Pieridum Princeps, Grynæus  
Apollo  
Largiter infudit claræ ex Aganippidos  
undis,

Nec pigeat doctis magnum impendisse laborem  
Lingvis, docta suo gremio quas possidet Hellas  
Et Latium. Digno TIBI nam præbentur honores,  
Auro dum rutilo digitos circumdat Apollo,  
Et ferto decorat roseo TUA tempora docta.  
Gratulor inde TIBI, Numen TUA cœpta secun-  
det,

Vivas & vireas, vigeas Doctissime ROSI.

*Gratulabundus scripsit.*

**Christianus Fridericus Boerner,**

S. Theolog. Doct. & P. P. Ord. Canonicus  
Misenensis & Collegii Theolog. h. t. Pro-  
Decanus.

<sup>hac</sup>  
**M**ultum TE doctis tenuis vigilasse Camœnis,  
Testatur mecum LIPSIA nostra simul.  
Quid mirum, TIBI si largitur Apollo coronam,  
Dudum quam dotes promeruere TUÆ,  
Hinc TIBI collatos hodie nunc grator honores,  
Atque precor, videas, quæ TIBI cunque placent.  
Adspiret semper vultu fortuna benigno,  
Ac TIBI perpetuo præstet amica fidem!

**D. Johannes Cyprianus,**

Theol. Prof. Primarius Canonicus  
Mifenenfis & Alumn. Elect.  
Ephorus.

**V**eræ quod doctas virtuti junxeris artes,  
Non subeat mentem pænituiffe TUAM.  
Percipis en! dignos studiis virtuteque fructus,  
Quos nunc largitur doctus Apollo TIBI.  
Adspiret Numen venturis nisibus alnum,  
Sic poteris Patriæ commodus esse TUÆ.

*Auditori suo estimatissimo Diadema Philosophicum ex merito  
collatum gratulaturus scripsit*

**D. Johannes Schmidius, P.P.**

& Consistorii Elect. & Ducalis Assessor.

**Q**uo magis oblectat TUA mentem industria, tanto  
Afficit ille TUUS summus honoris apex,  
Ad quem TE evexit virtus. Nunc comprecator illud  
Et volo, sit faustum nomen honoris idem.

**D. Henricus Klausung,**

Theol. Prof. Publ. Ordinarius.

**S**acra fuit Veneri florum regina decora,  
TU facer es Musis Eulebiæque ROSI.

Ergo promeritos Phoebus decernit honores,  
Olim majores Theiologia dabit.

*Hec optat & ominatur*

D. Salomon Deylingius,

P. P. & Superintendentens.

**N**on bene percipies, *rosa* quos exhalet odores,  
Ni fuerit naso facta propinqua tuo.  
Quis plene sciret, quæ sint Doctissime ROSI,  
Ingenii dotes judicii que TUI?  
Signa TUÆ ni doctrinæ propiora dedisses  
Hactenus, ut cunctis conspicienda forent.  
Afficis hinc omnes grato virtutis odore,  
Magnaque doctrinæ gratia quemque capit.  
Multis certatim cumulant TE laudibus omnes,  
Nec defunt laudes vota que nostra TIBI.

*Gratulabundus adscripsit*

D. Joh. Burchard Mencke,

Consil. & Historicus Reg. El. Historiarumque P. P.

**P**urpureum quondam *rosa*, quæ fuit alba, colorem  
Duxit, Acidaliæ sanguine tincta Deæ.  
TUque decus nomenque trahis, laudesque mereris  
Castalidum doctis MI ROSA tinctus aquis.  
Hinc TIBI jam flores sparguntur per juga Pindi,  
Proque *rosæ* cingunt laurea ferta caput.

*Applaudens scripsit*

D. Joh. Jacobus Mascov.

**S**o man in düstren Zeit bey trüben Winter-Tagen  
Den rauhen Dornen-Busch ohn alle Anmuth sieht,  
Da wird im frohen Lenz die schönste Flor getragen,  
Wenn auf dem grünen Strauch die edle Rose blüht.  
So wenn ein munterer Geist bey früher Jugend Jahren  
Fast einem dürrren Strauch aus Weißheits-Mangel gleicht,

Wird man auf Fleiß und Müß in kurzer Zeit erfahren,  
Wie Er durch Kunst und Wiß die schönsten Früchte zeig.  
Dein unverdrossner Fleiß, der ächten Tugend Probe,  
Hat Dir, Geehrtester, der Weisheit Grund erlangt,  
Und das gereicht Dir zum sonderbahren Lobe,  
Da Deine Scheitel igt mit Weisheits-Früchten prangt.  
Der Höchste gebe Dir, daß, wie Du längst verdienet,  
Eusebie den Lohn Dir höchst erwünschet reich,  
Und wie Dein Hoffnungs-Feld mit neuen Früchten grünet,  
Dein Fuß den höchsten Grad der Ehren bald ersteigt.

Hiermit wollte gegen seinen Hochgeschätzten Herrn Auditorem  
seine Gratulation abstaten

D. Jacob August Franckenstein,  
P. P.

L Ac TIBI, mella, rosas, violas & lilia sentis,  
Doctrinae sanæ fercula quando capis.  
Postquam impensorum fructus sed ferta laborum  
Præstant, nectareis pascit Apollo favis.

gr. f.

Joh. Henricus Ernesti, P. P.

h. r. Pro-Cancellarius.

V Ere novo lactis cum turgent floribus arva,  
Vernaque nascentem suscitât aura *rosam*,  
Purpureo spinas inter quæ flore renidet,  
Et dulci largas complet odore vias.  
Gemina virtutis sic & sub corde latentis  
Præsentis felix Numinis aura fovet.  
Quæ nunc in flores gratos fructusque fovendos,  
Et tandem ad summum tendat adulta decus.

D. Joh. Christianus Lehmann,

Facult. Phil. h. r. Decanus.

Alles Gute, auch die Weisheit kömmt aus unsers Gttes Hand,  
Ohne dessen Segen ist alles übel angewand.  
Er macht Lehrer, und zum Lehren giebt er selbst den das Bedeyen,  
Ja er muß auch zum Studiren Gnade, Wiß und Krafft verleihen.

Dieser ist dieselbe Quelle, woraus Deine Weisheit rühret,  
Welche ist der Weisen Orden mit dem Lorbeer-Grange ziert,  
Dieser muß den Grund-Stein legen, dieser muß Dich ferner führen,  
Wenn Du solst in Deinen Thun Förderung und Segen spühren.

L. Christian Ludvig, P. P.

**Q**ui generare *rosas* potuit Borealibus hortis,  
TE quoque sub brumam, ROSA decore creat.  
Es tamen hoc illis melior: perire caducæ;  
TE non his similem reddit imago *rosa*.  
Vellem: non opus est; *rosæis* TE ornare corollis:  
Nomen, honosque TUUS ferta decora dabant.  
TU modo cresce diu: & suavem spirabis odorem,  
Pulchrius ipse *rosis*, ROSA, vigesce, vale.

*Hicse recens collatos honores florentissimo Dn. Candida-  
to gratulatur*

L. Ludov. Christian. Crellius, P. P.

**N**on *rosæam* degit vitam, qui culmina Pindi,  
Ardua sollicitus scandere rite cupit.  
Haud sane exiguum est superas evadere in auras,  
Hoc opus, hicce labor tædia multa parit.  
Ast labor ac animus constans hic omnia vincunt,  
Victorumque caput florida ferta tegunt.  
Hæc TIBI fausta DEUS jubeat, Doctissime ROSE,  
Numen in aeterna vivere detque *Rosa*.

*Cl. Dn. ROSE summos in Philosophia honores animatus  
gratulatus scripsit*

L. Georg. Philipp. Olearius, P. P.

**F**loret & ambrosium TUA virtus spargit odorem,  
Veris ut effundit tempore verna *Rosa*:  
Ac *rosæas*, quod non impar doctrina, corollas  
Innectit SOPHIES crinibus alma TUUS.  
Crescat utrumque decus bene flagrans: floreat instar  
Et precor, Hyblææ prospera vita *Rosæ*.

*Doctissimo ROSÆ honores optime meritos  
gratulatur*

L. Gottlob Frid. Jenichen,

Moral. & Polit. Prof. Publ. & Colleg. Princ.  
mia. Præpos.

**S**udorem fugiens non scandet culmen honoris,  
 Qui spinas metuit, non feret ille *rosas*.  
 Sunt bona quæque malis quasi septa, nec obvia pigris,  
 Difficiles aditus, quicquid amamus habet.  
**TU** quem propofiti non retro egere labores,  
 Confequeris studio præmia digna TUO.  
 Accipe nunc igitur, peperit quem fudor, honorem,  
 Carpe, ROſI, spinæ quas genuere *rosas*.  
 Si quid difficile est, TE ſpernere porro iuvabit,  
 Quod pulcrum est, porro fic quoque ferre potes.

**Ulricus Junius,**  
 Mathematicum Prof. Publ.

**W**er die erhöhte Burg der Ehren will gewinnen,  
 Wendt alle Müß und Zeit ganz unverdrossen an:  
 Damit der Tugend Ruhm ihn herrlich zieren kan.  
 Wer aus den niedren Staub mit angeflamnten Sinnen,  
 Frisch nach den Sternen drabt, erlangt die Hoffnungs Beute,  
 Die er durch Kunst und Fleiß bey Tag und Nacht gesucht;  
 Und allzeit das, was ihn daran gefodert, verflucht:  
 Die öffnet ihm mit Lust den Schmuß der klugen Leute.  
 Drum, Hochgeschätzter Freund, wer will sich nicht ergößen,  
 Wenn Dich Sophiens Gunst mit ihren Ehren labt,  
 Womit sie andere, die ihr gedient, begabt.  
 Sie windet schon den Kranz, Dir solchen aufzusetzen.  
 So lebe recht vergnügt in dieser Ehren-Crone,  
 Die Dir die Weißheit selbst vor Dein Bemühen bringt.  
 Freig, daß mit Fleiß der Ruhm bis zum Gestirne dringt:  
 Denn wer die Tugend liebt, bekömmt dich zum Lohne.

Mit diesen wenigen wollte seinem Herrn Auditori zu der rühmlichst  
 erlangten Magister-Würde von Herßen gratuliren

M. Joh. Christoph Goesgenius.

**D**as Glücke lacht Dich freundlich an!  
 Das Cabinet gelehrter Sprachen  
 Hat es Dir auffgethan;  
 Die Kunst, dabey die Alten  
 Sonst fast den Köpff zerbrechen,  
 Hast Du von ihm mit Lust erhalten;  
 Da Dich Sophia küßt,  
 Weil Du Magister bist.  
 Es hat Dich in ein Haus geführt,  
 In dem der Weißheit Hand  
 Viel andere regieret.  
 Das Glücke müsse Dir noch zweymahl lachen:  
 So wird Dein Stand  
 Befördert und vergnügt das beste Ansehn machen!

Glückwünschend geschrieben von  
**M. Gottfried Polycarp Müllern,**  
El. & Poët. P.P. Extraord.

**P**ulchra erat a Diva primum *rosa* sanguine tincta,  
 Pulchrius ornatam Castalis unda dedit.

Hic inter frontes igitur, lauretaque Phœbi  
Docte ROSA, cultu splendidiore nites.  
Nec TIBI sunt floris hinc fata timenda caduci,  
Quem FASCES firmant, CONSUS & ipse fovet.

f.  
M. Justus Gotth. Rabener.

**E**st rosa præcipuum florum decus atque corona;  
Hinc fuit Harpocrati credita sacra DEO,  
Qui docte docuit linguam frenare tacendo,  
Ne mentem volucris præcipitare queat.  
Felix, qui siluit caute, dum tempora poscunt,  
Et didicit iusto cadere verba loco.  
TU, ROSA, Flos Juvenum, tacuisti tempore iusto,  
Ut prodas, quæ sit mens meditata probe.  
Dum TUA mens tacuit, collegit docta sororum  
Dona Novenarum, & suavia verba DEI.  
Cur igitur lauro venerabilis ordo Sophorum  
Nunc TIBI, mi Pylades, tempora cincta neget?  
Nec te rosam Lauro, qua TE jam Phœbus honorat,  
Ut TUA sit gratis fascia victa rosis.  
Utque rosas spargas suaves floresque loquaris,  
Cum niditus linguam solvit Apollo TUAM!  
Sis rosa, quæ sacri per amœna rosaria templi  
Dulcissimo recreans fragret odore diu!

*Clarissimo Dn. ROSE supremo in Philosophia honores paucis hinc in amicitie constanti gratulatur & benivulsa omniatur*

M. Benjamin Holsapffel,  
Pastor Mega Pörfentis.

**Q**ui solet ingenuas didicisse fideliter attes,  
Illius curam digna *Becebia* manent.  
Digna *Becebia* manent & TE, qui multa dedisti  
Tempora literulis Pieridumque Scholis.  
Inde creat dignum TE Lipsia nostra *Magistrum*,  
Et caput & digitum cingit honore novo.  
Cedat honor tantus Patriæque TIBIque salutis,  
Ut simul accrescat gloria summa Dei.

*Hic paucis nobilissimo Dn. Candidato, Fautori atque Amico æsumatissimo de Laurea Magisteriali congratulatur*

M. Benjamin Fritsche,  
Franchulfa-Miſn.

**I**psa quidem virtus per se veneranda, coronis  
Non eget, & facile frondis honore caret.  
Namque sua qui se virtuti involvere novit,  
Non fūco multum carminibusque dabit.  
Est aliquid miseris titulorum fallere pompa,  
Qui pretium rebus non statuisse sciunt;  
Non his qui verum norunt discernere falso.  
Nec speciem curant sic dare verba licet.  
Spreta tamen virtus ne forte obscura periret;  
Decreta est claris lausque decusque viris.  
Sic TIBI nunc celebres digno tribuuntur honores,  
Et doctas cingit fausta corona comas,  
Hinc quoque non titulum, virtutes gratulor ipsas,  
Quæ clarum hoc nomen promeruerit TIBI.

*Summo in Philosophia honores amico suo gratulatur*

M. Gottlieb Keyfcelitz.

78 M 496

ULB Halle 3  
001 618 148



TA-506  
K118  
1017





VIRO  
 NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
 DOMINO  
 JOH. GOTTLIEB  
 ROSIO,

SS. THEOLOGICIS  
 MAGISTRO  
 DIE  
 AB AMPLISSIMO  
 PATRONO  
 FAULTORUM  
 TORI,  
 SOPHIAE  
 XII  
 ORDINE  
 TORES,  
 MICI.

